

ETYMA GRAECA

αἰκαλος·

κόλαξ < ἀπατεών > proprie eum designat, qui aliquem admirans exclamare solet: *αἰ κάλον, cf. lat. *babaecalus*, ex gr. *βαβαίκαλος derivatum (v. Walde—Hofmann s. v. *babae*). αἰάλλω denominativum est.

ἀλίγκιος

Vox e radice **leig-/lig-* „Gestalt; von der Gestalt jemandes, ähnlich oder gleich“ (Pokorny 667) orta est. Ut enim praeter formam radiceis **pāg-* etiam **pāk-* (Pokorny 787), praeter **peig-* etiam **peik-* (ibid. 794) invenitur, ita etiam formas **leig-* et **leik-/lik-* fuisse putandum est. ἀ- intensivum est, -γ-nasalis infixā ut in Φίγα . . . σφίγγα.

ἄλις·

ήλιδιον. μάταιον. κενόν. ἐλαφρόν a radice **lei-/li-* „mager, schlank“ (Pokorny 661) pendere videtur. ἀ- intensivum est.

ἀμαράνω

Verbum ἀμαράνω (aor. aeol. ἄμβροτον) ex forma quadam primaria **səm-γto-* ut denominativum fluxit. Atqui parte priore **səm-* radix **sē(i)-/*sə(i)-* „nachlassen, ablassen, loslassen, säumen“ (Walde—Pokorny II 459) continetur, quae in adi. lat. *sērus*, suffixo vero *-m-* aucta in norv. *seimen* „saumselig, langsam“, v. a. thiod. *lancseimi* „langsam“, comparativo ags. *sēmra* „schlechter“, proprie „*sero veniens“, occurrit (op. 1. 463). Posterior pars *-γto-* participium lat. *ortus*, scr. *γta-* reddit, vis *veniendi* eadem est atque in verbo gr. ἔρ-χ-ομαι, arm. *ert'am* (Pokorny 328). Compositum **səm-γto-* igitur „sero venientem“ designat, ἀμαράνω „*sero venio > scopum non attingo, erro, pecco“.

ἄμβη

„erhöhter Schildrand, Wulst“ vox Ionica est, cui in dialecto Attica ἄμβων „Gefäßrand, Bez. verschiedener erhöhter oder an-

steigender Gegenstände“ (Frisk) proximum est. ἄμβη ex *ngwā derivatum a gr. ἀδήν, lat. *inguen* proxime abest, nam et haec *tument*. Quod ad sonos ἄμ- pertinet, animadvertas velim synonymum κανθύλη „Geschwür, Geschwulst“ a voce goth. *gunds* vix separari posse (Hofmann s. v.), etiamsi -αν- pro -α- continet (Schwyzer I 343⁶), neque vocem gr. γαμφηλαί a voce scr. *jabh-*, de quibus Frisk s. v. ita agit: „Der α-Vokalismus macht indessen Schwierigkeit: volkstümliches Wort oder Schwundstufe *γαφ- (= aind. *jabh-*) mit wiederhergestelltem Nasal?“ — Voces ἄμβη, ἄμβων cum voce lat. *umb-ili-cus* coniungi non possunt, cum umbilicus in *medio* sit, ἄμβη et ἄμβων in *extremo* scuto vel vase.

ἀνιγρόν

ἀνάδαρτον, φαῦλον, κακόν, δυσώδες, ἀσεβές qui cum verbo νίζω vel adi. lat. *niger* coniungere voluerant, viris doctis se non probaverunt. Quodsi liquidas λ—ρ in ν—ρ abire potuisse credas, ἀνιγρόν. ex *ἀ-λιγ-ρόν derivari potuit; ἀ- intensivum est, -λιγ- idem est atque in λίγ-δα... κονία; — λιγ-νύς... καπνός...

ἀπατάω

Verba *fallendi* plerumque a vi aliqua definita profecta sunt, v. c. σείεις ἀπατάς. Quam metaphoram si sequimur, ἀ- intensivum putabimus, in -πατ- radicem *kuēt-/ *kuət- „schütteln, beuteln“ (Pokorny 632) agnoscemus. Etiam lat. *concutiō*, quod ex eadem radice fluxit, similem vim habet.

ἀρριχᾶσθαι

εἰς ὕψος ἀναβαίνειν χερσὶ καὶ ποσὶ et compositum ἀν-αρριχᾶσθαι ἀναβαίνειν (Latte, ἀναριχ- cod.) continent stirpem ἀρρ- ex *r̥s-ortam, cf. *eros „Erhebung“ (Pokorny 326). Suffixum -ιχ- in vocibus βρυλλ-ιχ-ισταί, βρυδαλ-ιχ-α, -ιχ- in ἔρ-ιχ-ομαι, ὀρχ-έομαι occurrit.

ἀρτέμων

Antequam ad vocem explicandam accedo, significatus eius enucleandi sunt. Primum igitur *artemo* est *malus* in prora navis oblique sublatus et *velum* parvum hoc in malo religatum, cf. Daremberg—Saglio, Dict. des antiquités IV fig. 3882, 5277, 5279, 5289—5291, 5295. Bene vertunt vocem LSJ „foresail“, falso plurima lexica „Bramsegel“, quam vocem Meyers Konversations-lex.⁶ 3, 310 ita definit: „*Bram*, Benennung der zweitobersten Verlängerung der Masten sowie deren Takelteile: Bramrahen, Bramsegel etc.“ Nec interpretatio francogallica „voile

d'artimon" (BSC) probari potest, cum vox *artimon* nostris temporibus „mât de l'arrière (Nouveau Petit Larousse), „Hinter-, Besahnmast" (Sachs—Villatte, Gr. Ausg.) sit.

Eadem voce *tignum*, quod „inservit loco trocleae ad exonerandas ad proram lintres", designatur (Thes. I. L. II 685, 56 ss.). Huius generis machinae nunc in navibus ad malos religatae usui sunt.

Denique artemonis Vitr. 10, 2, 9 mentionem facit, cum dicit: „in radice (sc. polyspasti) conlocatur tertia troclea, eam autem Graeci ἐπάγοντα, nostri artemonem appellant." Qua de re v. Daremberg—Saglio, op. I. III 1465, fig. 4747. Ea *trochlea* proprie pars polyspasti non est, sed idcirco instituta est, ut per eam traecti funes hominibus ad ducendum tradantur. Falso igitur LSJ s. v. ἀρτέμων vertunt „*principal pulley* in a system", egregie Georges „Leitflasche, der dritte Kloben beim Hebezeuge".

Atqui Iavolenus, Dig. 50, 16, 242 haec monet: *malum navis esse partem, artemonem autem non esse* Labeo ait, quia pleraeque naves sine malo inutiles essent ideoque pars navis habetur, artemo autem magis adiectamento quam pars navis est. Qua cum explicatione optime congruit vox Graeca ἐπάγων, quae tertiam trochleam declarat. Nam verbum ἐπάγω active „bring in over and above", passive „... ὁ ἐ(παγόμενος) ἀγών *extraordinary*" significat (LSJ s. v., I. 9). Igitur et *malus*, qui artemo dicitur, quodam modo extra ordinem et modum navi additus est et *tignum*, quo lintres exonerabantur, et *trochlea* tertia, per quam funes traducebantur tantum nec pars polyspasti erat, *extra ordinem* addebatur, cum sine ea onera tolli possent. Quae cum ita sint, ἀρτέμων proprie *adiectamentum*, ut Iavolenus dicit, graece ἐπάγων, ἐπαγόμενος est. Graecum vero adi. ἀρτεμής germanice „frisch" vertitur, quod etiam *novissimum*, recens aliquod significat. Atqui quod *novum* est, inopinatum est et *extra ordinem* accidit. Quam ob rem vox ἀρτέμων ab adi. ἀρτεμής profecta est.

Etiam nomen proprium Ἀρτέμων extra ordinem natum, *postulum* declarare potest.

ἄ σ ι λ λ α

Vox, qua iugum corribus piscium portandis destinatum designabatur, vix a subst. lat. *asser*, *-eris* „dicke Stange, ... Tragstange an der Sänfte" (Walde—Hofmann) separari potest. Quae vox latina si recte a nobis (Zbornik filozofske fakultete II, Ljubljana 1955, pag. 380) ex **edh-s-*, quae est forma radice **edh-* „spitz", „Zaßstecken" in voce baiuv. *isse* < **edh-s-iā* obvia (Pokorny 289 s.), profecta declaratur, eadem est ac gr. ἄσ-, quae ab eadem stirpe **edh-s-* pendere potest. -ιλλα suffixum est, cf. Schwyzer I 485, 2.

ἄσχυρον

Vox, si „*Hypericum perforatum*“, ut nonnulli putant (cf. Thes. I. Gr. s. v.), designat, e lingua Graeca explicari potest. ἄ- intensivum est, -σχυρον idem est ac σκύρος (σκῦρος), quod cum lith. *skiaurē* „durchlöcherter Kahn als Fischbehälter“ coniungitur (Hofmann s. v.).

ἄσχιον, ὄσχη

LSJ vocem „*Lycoperdon giganteum*“, alii „tuber cibarium“ declarare putant. Et illud, dum recens est, et hoc inter delicias gulae habetur. Atqui tuber ascomyces (ἄσκόσι!) est (Meyers Konversationslex.⁶ 19, 755), lycoperdon eius simile, sed multo maius (ibid. 12, 893: „Pilzgattung aus der Ordnung der Gastromyzeten (γαστήρι!), mit großer, bauchiger (!) . . . lederartiger Peridie (πήρα!) . . .; die äußere (sc. Peridie) trägt Schuppen oder Warzen“). Quam propter formam vocem ἄσχιον vocum ἄσκόσι et ὄσχη „scrotum“ propinquam putare licet, ut κόλυθρον „ripe fig“ (LSJ) et κόλυθροι „testicles“ (ibid.), a radice *kel-u-derivata (cf. Pokorny 553), demonstrant. -χ- cum -κ- alternat.

αὐχέω

Vocem cum verbo εὐχομαι coniunctam esse Boisacq et Frisk negant, cum diphthongi nimis inter se distent. Atqui vox *gloriandi* cum affectu exprimitur, igitur -χ- loco -κ- consonantis esse potest. Tum proxima est vox goth. *auhjōn* „lärmern“, slov. *ukati* „iubilare“. Etenim vis *clamandi* saepe in vim *gloriandi* vertitur, cuius rei documenta sunt palaeosl. *zovo* „rufe“ et *καυχάομαι* „rühme mich, prahle“ (Hofmann s. v.) tum radix *(s)pel- „nachdrücklich, laut sprechen“ et ἀπειλέω „prahlen, drohen“ (Walde—Pokorny II 676).

βαίβυξ

Pellicani proprium est *guttur* instar sacci, unde pisces captos, ut pullos nutriat, promit. Itaque stirps -βυκ- proxima est voci lat. *bucca* „aufgeblasene, vollgestopfte Backe“, βαι- reduplicatio est; forma βαι- in βαυβυκᾶνες πελεκᾶνες usurpatur. Cf. etiam glossam βαίβυκος πελεκᾶνος Φιλίτας, Ἀμερίας δὲ βαυβυκᾶνας.

βαίδειον· ἔτοιμον· Ἠλεῖοι

forsitan legendum sit *ἄβιδιον < αἰF-ιδ- = αἰδιον, quod Hesychius his vocibus interpretatur: αἰ δὲ ὄν(A) αἰ δὲ ὑπάρχων.

βαίος

Vox, e **bau*-ios derivata, radicem **bau*- „kurz und dick“ (Pokorny 101) refert, quae v. c. in norv. *pauk* „kleiner, schwächer Mensch“ invenitur.

βαίκυλος· προβατώδης

Vox a substantivo quodam **βαικ*- profecta est, quod nescio an in glossa manca *βαϊκαν* . . . Κρήτες lateat. *βαικ*- e sono **βαί*, balatum ovium et caprarum imitante, fictum est, quam ob rem caprae etiam *βαϊώφαι*· αἱ αἴγες, ἐν ἱερατικῇ usurpantur (**βαί* + ὄμφη). Idem sonus etiam interiectione *βλαί*· *βληχή*· *Λάκωνες* refertur. A sono *βῆ* factae sunt voces: *βῆζει* < *βῆ* > *φωνεῖ*; — † *βηνῶσα*· ἡ φωνὴ τῶν προβάτων; — *βηβῆν*· πρόβατον; — *βήκη*· χίμαρα; — *βηλήσσει*· *βληχᾶται*.

βάκχυλος·

ἄρτος σποδίτης, ut saepe fit in nominibus panis, aliunde in linguam Graecam se insinuavisse videtur. Nam a thiod. *backen* non longe abesse potest. Igitur *βα*- a **bhə*- forma radicis **bhē*- / **bhō*- „wärmen, rösten“ (Pokorny 113) deductum habebimus, -*κχ*- suffixum est.

βαστάζω

Pokorny 111 s. v. **bhasko*- cymr. *baich* „Bürde, Last“, gallo-rom. **ambi-bascia* „Last“, duas voces a β- incipientes *βάσκιον*· δεσμαὶ φρυγάνων et *βασκευταί*· φασικίδες, ἀγκάλα, lat. *fascis* commemorat. Formam *φασκίδες*, quae in altera glossa Hesychiana occurrit, Graecam genuinam dicit, voces a β- incipientes a Macedonibus mutuo sumptas. Atqui manifestum est formam **bhasko*- derivatam esse, radicem **bhas*- „portare“ subesse, unde **βαστός* et *βαστάζω* fluxerunt. Verbum igitur Graecum non est.

βε(μ)βρός·

ψυχρός, τετυφωμένος ad radicem onomatopoeticam **bal-bal*- / **bar-bar*- spectat, unde lat. *baburrus* „stultus, ineptus“ al. originem ducunt. Vocalis -*e*- in vet. boruss. *bebbint* „spotten“ (Pokorny 91) recurrit, -*m*- in gr. *βαμβαλόζω*, *βαμβακόζω*, *βαμβαίνω* obvium est.

βλαβυρίαν·

εἰκαιολογία· stirpem onomatopoeticam, proximam sonis *balbal*-, *bal-b*- (Pokorny 91), continet. At *βλαβύρει*· *περούσσει*· isdem sonis conatus *volandi*· symbolice exprimit.

βλεμεαίνω, ἀβλεμής

Stirps βλεμ- suffixi -εμ- ope, quod in ἀγρ-εμ-ών, πελ-εμ-ίζω occurrit, formata est. Ut vero lat. *robustus* a *robore*, i. e. quercu, appellatum est, ita βλ- e radice *g^hel-/*g^hul- „Eiche“ (Pokorny 332) una cum voce lat. *glāns* fluxit.

βούβαλος·

... μέγα και πολύ manifesto ab eadem stirpe *b(e)u- profectum est, quae in βού· τὸ μέγα και πολύ. [Λάκωνες]; — βύ ἐπὶ τοῦ μεγάλου ἐλέγετο και Σώφρων βύβα, ἀντὶ τοῦ ... μεγάλα Etym. magnum; cf. Hes. βυβά ταῦτα· ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάσσεται; — βουβών al. occurrit (Pokorny 98). Eodem βούβαρα· μεγάλα re-dire apertum est. Neque a voce βούβαλος· ... μέγα ... nomina *animalium* βούβαλος „(afrikanische) Antilope; Büffel“ (Frisk s. v.) vel βουβάλιες·οἱ βούβαλοι ... nec nomen *cucurbitae*, quae est σικυός (vel σίκυς) ἄγριος „Ecballium elaterium“ (LSJ s. v. σίκυος 2), ad cuius formam *mundi muliebris* genus quoddam fieri solitum esse videtur, procul absunt: βουβάλιον· γυναικός κοσμάριον και ἄγριος σικυός παρὰ Ἴπποκράτει. Ad eas voces proxime accedunt Βούπαλον· μέγα. και ὄνομα et obscura aliqua ex causa βουπαλίδες· περισκελίδες.

βράβυλος·

εἶδος φυτοῦ κακοῦ, *Prunus spinosa* L. (Frisk s. v.), ut quae βράβυλα, fructus minimi pretii (Meyers Konversationslex.⁶ 15, 742: „auch bereitet man aus letztern wohl (!) ein Mus und einen Fruchtbrei“), ferat, ad ἀβύρβηλον· πολύ, μάταιον. οἱ δὲ δασὺ και συρφετώδες ... spectare videtur. Propter florem vilem eodem βραβύλη = ἀνεμώνη ἢ φοινικῆ (Frisk *ibid.*) pertinet. A quibus vocibus non longe distat βορβύλα· πέμρα στρογγύλον διὰ μήκωνος και σησάμης μεγέθους ἄρτου, cuius condimentum promiscuum τὸ συρφετώδες („promiscuous“ LSJ) glossae superioris refert. Itaque voces eiusdem originis onomatopoeicae sunt ac βόρβορος „lutum“.

γαῖα, δᾶ, αῖα

Adiectivum lat. *laetus* proprie *pinguem, uberem* significare notum est, cf. Walde—Hofmann s. v. Itaque etiam radicem *gāu-, unde γηθέω, *gaudeō* derivata sunt, proprie *pinguem, uberem* valuisse putabimus. *gāu-ja > γαῖα, γῆ propterea primitus (terram) *uberem* expressisse videtur.

Adeps vero saepe ea, quae calefacta *madet* vel *stillat*, accipitur, ut slov. *loj*, gr. δηρός, e radice *dā- „flüssig, fließen“ natum (Pokorny 175), demonstrant. At *adeps* in notionem *uber-*

tatis abire potest, cf. ἔλλπος· ἔλλαιον, στέαρ. εὐθηνία. Quapropter etiam **dā-ja* > δά primum *pinguem*, post *terram* designavisse videtur. Eandem originem αἶα· γῆ... καί, ὡς τινες, κρήνη ἐν Παφλαγονίᾳ manifesto prae se fert: **auja*. Nam radix **au-/*auer-* „benetzen, befeuchten, fließen“ (Pokorný 78 ss.) subest, unde etiam ἄα· σύστημα ὕδατος < **áFā* fluxit. È forma *(*a*)*uer-* factum est cymr. *gwer* „Talg“ (Pokorný 80) pariter ac δημός e radice **dā-*.

Aeol. Δωμάτηρ formam hypocoristicam **Δᾶῶ*, quae formae Δῆῶ respondet, continet.

γ λ α ι σ μ ο ί, Γ λ ί σ α ς

A stirpe **glend-* voces thiod. *klint* „Fels, Klippe“ al. (Pokorný 358), illyr. *Glinditiōnēs* (H. Krahe, Beitr. z. Namenforsch. 6, 1955, 237) profectae sunt. **Glend-* vero a radice **gel-/*gl-* dubium an derivatum sit (Pokorný l. c.). Sed utcumque se res habet, quae sequuntur nomina, inter se cohaerere vix negaveris. Nam Γλίσας (-αντος) oppidum Boeotiae in *colle saxoso* situm est, quem Frazer in commentario ad Paus. 9, 19, 2. 3 (vol. V pag. 61) ita describit: „Glisas, perched on a rocky hill (!) with a rugged ravine on the eastern side.“ Quodsi oppidum a loci natura nomen invenit, stirps Γλίσ-, cuius -i- in Iliade 2, 504 longum est, cum stirpe γλαισ-, in glossa γλαισμοί· λόφοι obvia, arte coniuncta est. Unde vero -σ-, quod loco -σσ- stare potest, fluxerit, minus certum est.

εὐθύς

Ea in voce inclusum est adverbium εὐ- = ἐπί, quod solum in cypr. εὐτρόσσεσθαι· ἐπιστρέφεσθαι. Πάφιοι et εὐχους· χώνη· Σαλαμίνιοι (Schwyzer II 517 ss.) superfuit, cum ei ἐπί in aliis vocibus successisset. -θύ- vero forma **dhu-* radice **dheu-* „laufen, rinnen“ (Pokorný 259) est, unde θέω fluxit. εὐθύς igitur est „*is, qui adversus aliquid currit > rectus“.

ἠ π ὄ ω, dor. ἀ π ὄ ω

Verbum proximum est hitt. *ḡappiā-* „bellen“ (Friedrich, Heth. Wb. 244). Radix vero **ḡāp-* etiam in glossis βαπαίνει· παρκαλεῖ (glossae forma βαταίνει· καλεῖ corrupta videtur) et ἀπα-νᾶν· καλεῖν occurrit.

λ α δ ρ ἔ ω

Verbum apud Sophronem (frg. 135: LSJ) obvium „vehementer fluere“ valet neque a nomine fluminis Arcadiae Λάδων longe abest.

νεανίας

Schwyzler I 426, 3 substantivum ex * $\nu\epsilon\text{Fo-}\alpha\nu\text{-}$ „junger Schnaufer“ ortum iudicavit, sed sensus non convenit. At nihil ob stare videtur, quominus vocem e * $\nu\epsilon\alpha\lambda\text{-}\iota\alpha\varsigma$, ubi $\nu\epsilon\alpha\lambda\acute{\eta}\varsigma$ „alacer, robustus“ lateret, derivatam putemus. Nam liquida *-l-* saepissime assimilationi obnoxia est.

νερός· εὐήθης

et $\nu\epsilon\nu\acute{\eta}\lambda\omicron\varsigma$ τυφλός· ἀπόπληκτος· ἀνόητος ex eodem fonte fluxerunt atque nomina *Nana*, *Nannos*, *Ninnis*, *Nenis*, de quibus Kretschmer, Einleitung in die Gesch. d. griech. Sprache 341 ss. egit, vel angl. *ninny* „un nigaud, un benêt, un dadais“ (J. Manchon, *Le Slang*, 1923, p. 206), *nanny-goat* „une chèvre; un idiot“ (ibid. 202). Sonus *n* iteratus hominem balbum ideoque vel carum, ut fit in infantibus, vel ineptum designat.

ποταίνιος, πρόσφατος

Brugmann, Grdr. II² 1, 284 n. adiectivum $\mu\omicron\tau\alpha\iota\nu\acute{\iota}\omicron\nu$ · $\mu\alpha\lambda\acute{\iota}\omicron\nu$ et adverbium $\mu\omicron\tau\alpha\iota\nu\acute{\iota}$, boeot. $\mu\omicron\tau\eta\nu\acute{\iota}$ „antea“ ex adiectivo quodam * $\mu\omicron\tau\alpha\nu\text{-}\gamma\omicron\varsigma$ orta esse coniecit, quod eodem modo formatum esset ac scr. *pra-tua* „priscus“.

Contrarium adverbii $\mu\omicron\tau\alpha\iota\nu\acute{\iota}$ „antea“ est adverbium dor. boeot. hom. $\mu\omicron\tau\acute{\iota}$ = $\mu\omicron\tau\acute{\omicron}\varsigma$, quod BSC „à côté, en outre“ interpretantur. Igitur $\mu\omicron\tau\alpha\iota\nu\acute{\iota}\omicron\nu$ et $\mu\omicron\tau\alpha\nu\acute{\iota}$ orta sunt ex * $\mu\omicron\tau\alpha\nu\text{-}\gamma\omicron\varsigma$ < **ten-*: quod *insuper* advenit, accidit, „extra ordinem, novum, i. e. inopinatum, recens“ est. BSC adiectivum his verbis interpretantur: „récent, nouveau, frais; extraordinaire, imprévu“, LSJ: „fresh, new; metaph.: new, unexpected, unheard of.“ Memineris velim etiam *artemonem* malum *insuper*, *exira ordinem* additum esse, v. supra s. v.

Porro adverbium $\mu\omicron\tau\acute{\iota}$ synonymum est adverbii $\mu\omicron\tau\acute{\omicron}\varsigma$. Igitur adiectivum $\mu\omicron\tau\acute{\omicron}\varsigma$ ab adverbio quodam * $\mu\omicron\tau\acute{\omicron}\varsigma\mu\alpha$, ad exemplum adverbii $\mu\epsilon\sigma\mu\alpha$ facti (cf. Schwyzler I 630¹, 1; 631¹), suffixi *-to-* ope derivatum est.

Ljubljana.

M. Groselj.